



Ince 1067-
1073

10
54



the
paten

[The manuscript page contains dense, handwritten Latin text in a Gothic script, which is mirrored across the entire surface.]

Iste liber legatus est pro libraria thesauri antiqui collegii per. vtilium vniuersitatis
patris de. hinc thesauri professorum letorum ordinatum ep. de. y. m.

Inueni. 1067-1073

Gersoni opera et aliorum ut in indice

Inueni. 1067-

Bibl. 1067


Gerson de Simona.

Archa et Plantis Hieronymi contexta

Gerson super Magnificat

Liber de Cisterciensis Regi

Deus Alberti Magni et Augustini de Epiphania



Incipit donatus Venerabilis Magistri
Johannis Berson Cancellarij Parisiensis

DArtes orationis quot sunt. octo que. cognitio
substantie. cognitio qualitatis. cognitio pcepti
dei. cognitio eiusde. cognitio hominis scdm deū
& scdm naturā. consideratō futuri iudicij. cōsi-
deratio letitie electorum & consideratō tristitie
damnatorū. **N**omē quid est. homo. qa homo vocaris. si cogno-
scis substantiā tuā vnde factus es. veraciter scis. est nomen
Ecce cognitio substantie que est prima pforationis. de terra
es & in terrā reuerteris. **N**omī quot accidunt. sex. que qua-
litas. compatio. genus. numerus. figura casus. **C**ui? quali-
tatis homo. appellatiue. quia cōmune est omnibz hominibz de
terra fieri. ymmo de viliori terra siue materia. **C**ommune est
etiā oībz hoībz esse animal rōnale. **C**ui? grad? cōpationis
nullius. quia homo nō debet augeri p p̄sūptionē. nec minui
p pusillaminitatē. **E**t ideo est nomē substantiuū. vt stare ha-
beat extra mimiū timorē & contra mimiū p̄sumptuosam spem
Cui? generis. cōmunis. quia tam viro q̄ mulieri ouenit na-
tura hominis. **C**ui? numeri. singularis. quia quilibz p se rōnē
reddet ante tribunal xpī. **C**uius figure. simplicis. quia nō
potest diuidi in plures sectas. **O**ptet enī si saluari debet
q̄ solū fidē xpī cōfiteat. & ab illa non diuidat. **Q**ui enim
hanc fidem nō habent nō homines dici debent. sed bruta qm̄
carent ratōne. **C**ui? casus nominatiui & vocatiui. quia no-
minat iam mortalis qui immortalis erat creatus. & vocat
oparius. qui eterne quieti erat deputat. **C**ui? declinatōis
tercie. quia declinari & humiliari debet tripliciter. coram deo
corā primo. **V**nde regit si bene regit. a deo regit. si male a
dyabolo. **D**iscutiam? iam dicta. **O** homo si cōsiderare vis qd
sis quo ad materiam sine dubio inuenies te nobilissimum

animaliū aīma tua ad similitudinē dei est facta. & ymagine
eius insignita. habens in se virtutē intelligēdi. volendi. &
memorandi. **H**ec anima infusa est a deo in tuū vilissimum
corpus fetidū & fragile. vt tanq̃ domina sapientissima &
tanq̃ hospes sagax domū tuā regat. **I**psa ergo q̃ntū est de
se. semp̃ valet agere que dño suo sunt placita. & ad hoc di-
rigit sensus exteriores ad exteriora officia n̄ inducētia q̃cūq̃
nociuū ad lectionē sacrā vel ad crucē domini intuendā. vel
ad alia salubria que sibi vtilia videntur. **I**dcirco si volun-
tatē carnis sequeris hospitē opprimis. dominā occidis. malū
ergo & vile est hoc hospitū in quo tam nobilis hospes pri-
clitat̃. **S**i ergo vis scdm̃ animā viuere nō scdm̃ carnē. cōsi-
dera q̃ caro tua terra est. terre ergo cōdictōnes sua. **T**erra
enī bassā & dura om̃ia portans virtute patiēcie. & q̃nto pl⁹
ab aliquo vexaris tanto ei plus beneficias. **U**mbrem enim
salutaris doctrine & diuine gr̃ie inglutire studeas. & sicc⁹
sis a fluxu vitiorū carnis & cupiditatis terrene. **H**abes iam
quid sit nomē. & quid sis scdm̃ substantiā scz nobilis scdm̃
animam. **R**ogo ergo vt nobiliter & rationabiliter te regas
non viliter & carnaliter

Vid est p̃nomen. **R**ñsio. sicut homo est nomē tuum
Ita peccator est p̃nomē. cū ergo corā deo orationē
fundis. pone p̃nomen pro nomine. & dicas. **O** pat̃
celestis n̄ vt homo te muoco sed vt peccator veniā postulo
Pronomini quot accidūt. sex. scz qualitas. genus. numerus.
figura. p̃sona. casus. **P**eccator ergo vt est p̃nomē **C**ui⁹ q̃li-
tatis infinite. p̃pter infinitā & incertā multitudinē delictorū
que facio ea numerare nō valeo. **C**ui⁹ generis. om̃is. quia
om̃i generi vitiorū peccando p̃ticipo scz mortaliū & venialiū
Cui⁹ numeri singularis. quia singularit̃ peccata mea animā
meā cruciant. & conscientiā meā trucidāt. **C**ui⁹ figure. simpli-
cis. quia nō possum ea diuidere in diuersis confessiōib⁹ sed

qñ volo cōfiteri optet q̄ om̄ia sub simplici & sub vna cōfessione dicā clare & distincte. cum cordis cōtritione & cum proposito emendandi. **Cui?** p̄sone. prime. quia nō habet hō iudicare alios. sed seipsum. dicendo **Ego** sum miser ille qui sic & sic vixi in cōspectu dei & angelorū. **Cui?** casus. de statu innocentie in statu culpe. **Cui?** declinatōis. **A** manu dei in manu dyaboli. **Quot** sūt declinatōes in p̄nomine. quatuor prima est. ab obedientia dei in suggestiōe dyaboli. per hāc declinauit **Eua**. **Secūda** est ab obedientia dei in cōsensu mulieris. vt **Adam** declinauit p̄ **Euam**. **Tercia** est a paradiso in hunc mundū. **Quarta** est ab hoc mūdo in limbū inferni. **Quot** sūt casus in p̄nomine. sex. primus erat suggestio. secūsus aduertētia. tertius discussio. quartus delectatō. quintus cōsensus in mente. sextus cōsensus in ope. **Que** sūt p̄nomia primitiua & deriuatiua alij om̄es homines ab eisde deriuati deriuatiua dicunt. **De**claremus premissa. **Primo** preposuit dyabolus fructū **Que** ad cōmedendū. ecce suggestio. secūdo vidit eua illud lignū visu delectabili & ad edendū suauē. ecce aduertētia. **Tertio** dicit q̄ dñs phibuerit eis vsum fructus illius ne morerent. ecce discussio. **Quarto** respondente dyabolo q̄ nō moreret sed essent sicut dñi scientes bonū & malum cepit ipsa delectari. ecce delectatio. **Quinto** ipsa sentiens nullum piculum imminere in vsum illius fructus. cōsensit intus voci dyabolice. **Sexto** ipsa ardens desiderio in aspectu illius pulchri fructus & suauis. & comedit. ecce cōsensus in opere. **Sic** etiā quilibet ad peccatū allitit. primo ordinat in villa qdā chorea. secūdo ego audiēs cantus illius. vel videns illā ap̄ oculos meos ad videndū. tertio arguo in meipso. hoc nō esse bonū sed inspicere illā choreā. cū p̄manens voluptati indulgeo. quarto delector nō solū in aspectu choree & auditu cantus. sed etiā in aspectu puellarū. **Quinto** cōsentio intus in corde meo cū aliqua earū coire. **Sexto** cōsensu illū p̄ desiderū

illud mētus conceptū perficit opère & ecce mortua est aīma.
Et sicut dixi de isto vitio ita de omnibus alijs intelligendū
est. Auertamus ergo nos ab omni carnali delectatione. qm̄
nobis p̄ponitur. sicut molendinarius quando videt ventum
sibi non conuenire. vertit molendinū. quia nisi in principio
obstemus. sine dubio periculum casus vix euademus. sicut
dauid. si nō insolatio per fenestrā pseueranter perspexisset. in
concubitu bersabee non cecidisset. Quare auertendi sunt
oculi ne videant vanitates Et tantum de pronomine.

Vid est verbum **R**espōsio. q̄ est preceptū dei sc̄z vt
diligamus muicē. Verbo quot accidunt. septē. que
q̄litas cōiugatio. genus. numerus. figura. tēpus. &
p̄sona. Cui⁹ q̄litas. talis videlicet. Diliges dñm deū tuū
ex toto corde ex tota anima & ex tota virtute tua. & proxī
mum tuum sicut teipsum. Cui⁹ cōiugationis. totius quia
vna pars nō valet sine altera. nullus diligit deum qui odit
proximū. nec econuerso. Similiter in preceptis. qui vnū fran
git factus est omnū reus. vt dixit iacobo. Et ideo oportet
q̄ omnia coniunctim seruentur. Cui⁹ generis. actiui. quia
oportet nos id opere perficere. si illud velimus seruare. quia
auditores legis non iustificabunt apud deum sed factores.
Cui⁹ numeri pluralis. q̄a sūt ista decē. Credere in deū. Nō
mamē iurare p̄ ipsū. Festa celebrare. Honorare parētes. Nō
occides. Non furaberis. Non mechaberis. Non falsū testi
moniū dabis. Non adulterabis. Non concupisces rem alie
nam. Vel sunt ista duo. sc̄z dilectio dei & proximi. Cui⁹
figure simplicis quia in vnitāte puri cordis debet seruari sc̄z
in caritate plenitudo em̄ legis eius est caritas vt dicit paul⁹
Cui⁹ temporis p̄ntis. q̄a oportet q̄ in presenti perficiat hoc
p̄ceptum. sc̄z q̄diu sumus in hac vita Cui⁹ persone. prime
sc̄e & terciē. quia ego tu ille omnes tenemur hoc preceptū

custodire. Dixit enim dominus. Si vis ad vitam ingredi sua
mandata. Declaremus iam predicta. **O** homo tu credis in
deum unum. & dyabolus credit & nihil tibi prodest. si vera-
citer in eum credis eum adora cole honora. hoc preceptum
frangis quando voluptati insistis. **S**ecundo non debes mani-
per ipsum iurare. hoc frangis quando periuras vel consue-
tudinaliter iuras. vel quando dubitanter iuras. **I**deo do-
minus dicit. non iurabis omnino. sed est est. non non fit ver-
bum tuum. **T**ertio debes festa celebrare scilicet ecclesiam
frequentando. insistendo orationi. lectioni vel operibus mi-
sericordie. **H**oc frangis. quando otio ludorum. commessa-
tionum. ebrietatum. colloquiorum non spiritualium vacas.
Vel quando manualiter laboras quod omnino necessarium
non est. **Q**uarto honorabis parentes. eis obediendo reueren-
tiam exhibendo. & proposse subuendendo. hoc frangis quan-
do eis maledicis vel spernis vel molestaris. & inquietaris
nec subuemere studes. **Q**uinto non occides. hoc frangis quan-
do irasceris proximo tuo sine causa. vel quando eum derides vel
fatuum nominando. vel quando mortem alicuius desideras
quam per te inferre non vales vel times. **S**exto non furabe-
ris. hoc frangis quando violenter rapis alicuius bona vel
occulte vel manifeste. ut quando detractione famam & ho-
nozem furaris. **S**eptimo non mechaberis. id est non luxuria-
beris aliquo modo. qui si continere non possis. nube. & tunc
licite potes. hoc frangis non solum quando facis actum. sed
etiam quando aliquam curiosam & cum concupiscentia vides
& tunc plus quando virginem vel dicatam desideras. **O**cta-
uo non falsum testimonium dices contra aliquem. hoc fran-
gis quando etiam aliquos adducis vel hortaris. ut false teste-
tur. vel quando aliquos cautelosis verbis circumuenis ut
eos decipias. **N**ono alterius uxorem non concupiscas. non
adulterabis. hoc frangis quando uxorem propriam deseris. &

aliam ducis. vel quando alterius vxorem & non tuam tan-
gis. vel si in religione existens mulieri cōiungeris. vel si p̄sbi-
ter secularis es mulierem tangens. vxori tue quam despon-
sasti scilicet ecclesie iniuriam facis. sicut religiosus lubricus
sue religioni. **D**ecimo rem alienam non concupisces. Hoc
frangis quando commodum alterius impedis pro tuo augē-
do. Vel si abducis alteri seruum suum vel ancillam vel filiā
Vel alterius offitium dignitatem prebendam & huiusmodi
desideras. Non enim nocere debes proximo tuo sed p̄desse
Propterea proximo caritatem impende. idest septem opera
misericordie. ei subuendendo in fame. siti. nuditate. & frigidi-
tate. infirmitate carcere & tribulatione.

Vid est aduerbium. quod verbo additur & signifi-
catum eius perficit. Si ergo verbum est cognitio p̄-
cepti diuini vt iam dictum est. **A**duerbium est ex-
hibitio operis. Sed adhuc alio modo q̄ iam supra dictum
est vt patebit inferius. **A**duerbio quod accidunt tria scilicet
comperatio significatio & figura. idest habitudo similitudo
& distinctio. **D**ecclaremus iam ista tria. Qui precepta dei
vult perficere debet etiam seruare habitudinem. idest modū
in facto suo. vt si elemosinam vult facere. debet considerare
quando. vbi. quibus. qualiter. quid. quantum. & ordinate
Hec sunt aduerbia loci qualitatis & ordinis. **S**ignificatio
vides duos pauperes. vnum in luto iacentē. alterum hostia-
tim mendicantem. da elemosinam primo. & alterum dimittas
si ambobus non vales. **S**i vis orare. ora primo quod orare
debes. & horas canonicas si vuisi prius persolue. postea
lege & ora. **S**i non vuisi lege primo pater noster quod
deus instituit legendum. & postea quod tibi placet legere
poteris. **S**i vis ieiunare. primo serua ieiunia ab ecclesia or-
dinata. & si plus facere velis postea facere poteris Sic ergo

in omnibus attende circumspectionem. ut aduerbium debite
ponas iuxta suum verbum. **S**i enim in vespertino tempore
tamdiu comestationi potationi seu alteri inepte voluptati in
sistas. q̄ premio sopore demane surgere nequeas ad mis
sam audiendum vel ad aliquod aliud bonum opus exercen
dum. sic mutando noctem in diem & e contra. sine dubio non
ponis aduerbium rite iuxta suum verbū. **C**omparatio istius
adverbij sic est facienda. **D**iuites plusquā pauperes inde li
centius & largius elemosinam dent quantum ditiores sint
Sic in illis comparatio fienda est. qui scientia pollent vel po
testate vel dignitate. ut quilibet scdm id quod potest fatiat
Alij plus alij minus. **A**lius potest dare aurum. alius aquā
frigidam. alius verbum consolationis. **A**lius subuentōnem
ministrando. **A**lius in docendo. alius est fortis. & omnia
seruare potest. alius infirmus & misericordia indiget ut sibi
fiat dispensatio. **A**lius sic caritate seruet q̄ parum reputat
quicquid patitur. alius tam infirmus q̄ cito cadit peccādo
& cito resurgit penitendo. **F**igura huius adverbij est habē
da sit distinctio. **S**unt aliqui simplices aliqui cōpositi. **I**te
simplices sūt qui insolitudine manēt separati ab omnibz homi
num conuersatione. **S**icut **A**nthonius **J**ohannes baptista
Benedictus & multi quondam heremite fuerunt. **C**ompo
siti sunt in multiplici differentia. **Q**uidam sunt pure secula
res. **A**lij religiosi. alij predicatorum. & quocquot sumus. li
cet diuersi. tamen ad laudem dei omnes creati sumus. sicut
diuersarum ymaginum picture ornāt thalamum. **H**ec de ad
uerbio dicta sufficiant.

Quid est participium. **R**esponso q̄ est cognitio ho
minis scdm naturam & secundum deum. videlicet ut
cognoscat quilibet homo quid sit per se & qualiter
esse debeat secundum deum. **P**articipio quot accidunt sex. scz

genus. casus. tempora. significatio. numerus. & figura. **Cuius** generis est homo participium communis triumque ab Adam & Eva generati sumus qui duo trinitati attribuuntur id est deo qui est trinus in personis. Sed Adam immediate sicut ait Lucas Enoch fuit filius Sem. & Sem fuit filius ade. & Adam fuit filius dei Eva vero mediate quia de costa Ade facta erat. Cuius casus peccati inobedientie. Ecce quid sumus secundum nos a peccatoribus processimus & peccatores sumus. hec sunt genera & casus. hec duo sumit participium a nomine Cuius temporis presentis. quia in presenti tempore penitentia agenda est & laborandum est profuturo premio. Cuius significationis primo active scilicet faciendo bona opera Secundo passive patienter sufferendo mala. Tertio neutralis scilicet coercendo proprias virtutes & cogitationes Quarto deponentalis scilicet abiciendo omnia vitia mortalia. Cum to communis scilicet custodiendo precepta dei & ordinationes sancte ecclesie. Hec duo scilicet tempora & significationes sumit hoc participium in verbo. Vide ergo quales esse secundum deum debeamus. Cuius numeri pluralis videlicet ut in hac ecclesia militante possimus computari cum iustis & in ecclesia triumphante cum angelis. Cuius figure primo simplicis ut non dissociemur a fide hic male vivendo. & non dividamur a saluandis superis in iudicando. Secundo compositae erat & ideo hoc participium capit duo scilicet numerum & figuram a nomine & verbo. Discutamus iam dicta. nam planum est quod a peccatoribus descendimus. & generati sumus. & cotidie peccando cadimus. Que est pulchritudo nostra seu puritas qua deo placeamus tanquam sponsa viro suo. Que etiam fortitudo nostra qua dyabolice suggestioni resistere possimus. si nec carnis illecebris reluctari sciamus. Si etiam terra sumus & in terram reverti necesse sit Que est nobilitas seu celsitudo nostra siue potestas quam in nobismetipsis vane con-

identes. animarū nostrarū salutē pvideamus. **E**tsi brevis
est vita presens & hora incerta. que est ista fatuitas cordis
nostri. q̄ tantum sollicitamur pro acquisitione diuitiarum
facultatum. dignitatum & huiusmodi. que omnia in momē
to a nobis recedunt & nunquam redeunt. **D**icit enim **J**ob
in persona cuiuslibet hominis. **C**ompatus sum luto & assi-
mulatus sum faulle & cineri. quia quid aliud sumus q̄ ple-
ni pudredine vitiorum. **S**icut cito inflammantes & prouo-
cantes alios ad iracundiam vel eis damnum vel scandalum
inferentes. **S**icut faulle cito vanitatibus insistentes & cito
prouocati ad iram. seu accensi auaricia sicut cimis qui leuis
ficcus & paruus & ab igne consumpto derelictus. quia &
leues sumus ficci & vani ex defectu humorū diuine gratie
parui ex pusillanimitate. & ab igne concupiscentiarum car-
naliū consumpti tanq̄ peccatores ad cor redeamus consi-
derantes q̄ participium est eiusdem generis significatōis
cui⁹ est verbum. **I**ta etiam sumus conformes voluntati dei
cum sumus facti ad ymaginem dei. quia vituperio dignus
est. qui recta docet & male viuūt. **I**ta & nos malo fortius
vituperandi sumus. si ymagine dei depicti similes ei dicimur
ettamen per enormē vitam ab eo discrepamus. **D**em⁹ ergo
honorem figulo nostro voluntatem eius perficiendo.

Vid est coniunctio **R**esponso. q̄ est futuri iudicii cō-
sideratio vel cognitio. **C**oniunctioni quot accidunt
tria. scilicet potestas. figura & ordo. **C**uius potesta-
tis diuine. quia deus faciet iudicium & primo copulabit. id
est per angelicam tubam omnes ad iudicium congregabit
Secundo disiunget. id est bonos a malis segregabit. **T**ertio
explebit. id est numerum electorum perficiet. & in ciuitatem
illam que per luciferi & sociorū eius casum rupta est recupa-
bit. **Q**uarto causabit. id est causabit reprobos dicens. **I**te

maledicti in ignem eternum. Quia esuriui & non dedistis
mihi manducare. Sitiui & non dedistis mihi bibere. Nudus
eram & non cooperuistis me. Et rationem iustam da-
bit pro electis dicens. Venite benedicti patris mei percipi-
te regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Esu-
riui. sitiui. hospes eram. infirmus & nudus eram. & cibastis
potastis. collegistis. visitastis & cooperuistis me. Itē sūt qñq;
spēs huius potestatis. Cuius figure primo simplicis quo ad i-
perfectiones. Secundo composite quo ad perfectiones. quia
omnes stabim⁹ ante tribunal cristi. siue simplices idest qui
in bona simplicitate vixerunt. siue qui in mala simplicitate
viuentes seipsos perdiderunt licet forte alijs non nocuerūt
Compositi siue bene viuentes scz bene docēdo se & alios pro-
mouerunt. siue qui per malam vitam & malas instigationes
& se & alios corruerunt. Cuius ordinis. primo prepositi-
ue. Secundo subiunctiue. quia primo saluandi iudicabunt⁹
Sicut scriptum est. q post prudentes virgines venerunt fa-
tue. & post illos qui a dextris erant. venit iudex ad sinistros
Ponderemus dilectissimi huius regis potestatem. ad cuius
iussionem omnes huius terre habitatores reges duces &
comites cuiuscunq; dignitatis hic reputantur. in illo extre-
mo die cum vilibus personis equaliter viles reputabuntur
Et qui iam magna palatia edificant ibi bene speluncā par-
uam recipere vellent. in qua a facie domini fugientes tunc
latere possent Si enim iuxta scripturas. iustus vix saluabit⁹
Quis non timebit. Si opera idest cogitationes deus discus-
tiet. quid faciemus qui opera non habemus. Si in illa voce
Ego sum. Omnes qui ad capiendum eum venerant tempo-
re passionis. ad terram sunt prostrati. quis potest facere to-
mitrum horribilem. quasi gladius bis acutus tonabit &
scindet iudicaturus. O q timeret quisquā a rege temporali
vocatus. vt rationem iudicij ponat cum eo. Vnimo licet in

nullo se fore fecisse regi sentiret tamen adhuc sub ratione
iudicii coram eo trepidaret. quantomagis ergo nos sollici-
tari oportet. qui certi sumus summi iudicis presentatione in
illo tremendo examine. ubi & angeli contremiscunt. **S**ed
etiam paulus qui tanta pro christo vicit certamina quietis
tante virtutis erat. q̄ cum libera conscientia dicebat. Nihil
mibi cōscius sum. Quid est q̄ tam falsa securitate nos ip̄os
firmamus. qui in mille defectibus torpemus. Quis enim glo-
riatur mundum se habere cor̄ ymmo nullus scire potest an
odio vel amore dignus sit. **H**abeamus ergo pre oculis cor-
dis nostri illud horribile quod āgelica tuba clamabit. Sur-
gite mortui venite ad iudiciū. & quid tunc respondebim⁹
iudici iam precogitemus.

 **V**id est prepositio Responso. q̄ est consideratio le-
ticie electorum. Quia ut iam dictum est illi prepo-
nuntur dampnandis. **P**repositiōem quot accidunt
vnum tantum. scilicet casus. non casus peccati sed casus hu-
militatis. **E**t ideo duplex erit in eis casus. primus est accu-
satiu⁹ quo accusabunt patriam huius seculi totius nequi-
tie sicut scriptum est. **T**otus mundus in maligno positus
est. & de hoc humiliabunt se coram deo gratias agendo qui
a nequitia huius seculi puri erunt seruati. q̄dū hic conuer-
sati fuerunt. **S**ecundus casus est ablatiu⁹. quo congratu-
labuntur illi de illa hora qua ablati fuerunt ab hoc seculo
nequam. & introducti in illam supernam patriam. & per hoc
humiliabunt se coram deo regratiando. q̄ eos traxit de la-
bore ad requiem. de periculo ad securitatem. de tribulatione
ad pacem. de tristitia ad gaudium. **S**i ergo cōsiderare & pen-
sare velimus. illius superne felicitatis quanta sint gaudia
Primo recogitemus huius seculi mala & per contrarium
quanta superius sint bona. **E**t principaliter hic tria habū


dant . vitia . tribulationes . & indigentia . **I**n illa autem sup-
perna ciuitate habundant . pax . puritas & sanctitas . **Q**ui
vero mente hec bene reuolueret . statim perpendere posset q̄
felix est qui toto mortis desiderio ad illa superna anhelaret
Et q̄ vilis etiam qui solum ea que huius seculi sunt que-
rit . o quot vicis carnalis putrescit . quot tribulationibus qua-
titur . quod etiam subuentio mbo eget . **Q**ui autem celesti po-
titur gratia siue gloria . dei maiestatem bonitatem & gloriā
incessanter contemplat̄ . quia vbi ea est spiritus in nullo po-
test impediri . omni pace gaudet . ipsa regem pacificum seculi
habet consortem totius glorię & concordie . & omni deside-
rio satiatur sicut ait ppheta . **S**atiabor cum aparuerit glo-
ria tua . **C**onsideremus etiam q̄ iocundum est . in aula regis
exillere vbi rex sedet coronatus & in datus veste regia . omni
forma speciosus . & multis militibus circumdatus ei reuerē-
tiam dignam exhibentibus . **A**ula etiam vestibus varijs ac
pretiosis picturis ornata . **V**bi etiam omnia genera musice
adessent . fercula delicata & superflua . **V**ina quoq; & alia
pocula redolentia haberentur quicquid etiam ad iocundi-
tatem locorum valeret ibi appareret . **P**ostremo si ibidem
omnes speciositate summa . & pacis concordia . & immensa
leticia gaudent expulso omni periculo . timore . cura . vel mo-
lestia . **Q**uid queso huiusmodi solatio esset desiderabilius
maxime si hoc perpetue posset durare absq; fastidio . sic sine
dubio illa superna celestis curia incomparabiliter omni au-
la presentis seculi est speciosior . vbi rex pacificus scilicet xps
sedet coronatus dyadema te quo coronauit eum pater suus
speciosus forma pre filiis hominum . **A**d dextram suam vbi
circumstant nouem ordines angelorum cum summa dilige-
tia & reuerentia ac mutua concordia deum laudantes & di-
centes . **S**alus deo nostro qui sedet sup thronū & agnū . ibi
ista aula est stellis candētib; ornata . omni pictura clariorib;

Ibi anime sanctorum in pace & securitate maxime perpetua & iocunditate gratulantur. Et quid presumo per comparisonem tantam gloriam superne patrie denudare. cum scriptura dicat. q̄ ibi sunt que oculus non vidit. nec auris audiuit. neq̄ in cor hominis ascendit. que preparauit deus diligentibus se. **S**ileat ergo lingua & penset mens nostra. q̄ inestimabilis est illa felicitas. vbi totum habetur quod desideratur. frui solum deo filio glorioso & videre regē glorie in decore suo sola sacietas animarum.

Ius est interiectio Responso. q̄ est tristitie dampnatorum consideratio. quia sicut interiectio grammaticalis signat mentis affectum voce incognita. Ita interiectio illa spiritualis signat hominis interioris motum ex passione dolorosa. Interiectionum quot accidunt. vnum sc̄ significatio tantum. Significabitur enim manifeste intolerantia pene gehennalis. Primo letitia demonum super tormentis animarum. Secundo dolor animarum dampnatarū. Tertio admiratio iniustorum angelorum malorum dicentium ad seipsos. **Q**uanta erat cecitas nostra que tenens nos in seculo. stultum nobis visum fuit cum prelati. predicatoribus. & ceteris bonis hominibus fugere voluptates carnis & oblectamenta mundi ne in hunc locum intraremus & ecce nunc merito ista patimur quia eos audire contempsimus. Quarto metus idest timor. quia anime dampnatorum maximo timore formidabunt. tum hostes infernales eas vexabunt igne inextinguibili. verbis acerrimis. oculis ardentibus vultu timido. specie nigerima. **D**e hac pena dicitur in ewāgelio. q̄ ibi erit fletus & stridor dentium. idest ibi habundant dolores & acerrima pena. quia nullus flere solet nisi minima tristitia grauatus. **D**e hac etiam pena dicit **Maia**s Vermis eorum non morietur & ignis eorum nō extinguetur.

quia vermis cōscientie nūcūq̃ sedat̃ quū semp̃ remorsum cō
scientie patiat̃. ex quo iudiciū dei cōmendabūt & sap̃s cō
tinue accusantes indignatōe & ira torpebunt. **I**gnis etiā
pena nūcūq̃ extinguet̃. **S**imiliter vermis eorū nūcūq̃ moriet̃
Despectio eorū semp̃ remanebit. & ignis cōscientiarū quem
hic accenderāt ibi perficiet̃. **E**t de hoc psalmista ait **I**gnis
& sulphur & spūs pcellarū pars calicis eorū. idest q̃ pars
tormentorū gehenne erit ardor ignis. fetor sulphuris. &
tempestas maligni spiritus. **E**t vt clarius ista pena declar
retur. **S**umamus exemplum p̃ simile. faber ferrarius solet
esse mger fatie habet caminū obscurū in quo ponit ferrū vt
incalescat. postmodū per se & suos coadiutores cum maleis
percutit ad nutū suū. **E**cce faber iste est dyabolus qui m̃
gerrimus est **C**aminus obscurus est infern⁹ om̃i claritate
priuatus **I**gnis est pena flamme ardētis **C**arbores appo
siti signant q̃ pena ista nūcūq̃ vel parū laxat̃. sed magis in
censa efficit̃. **F**errū est ipsa anima damnata que ibi vel isti
igni apponit̃ p̃petuo cōburenda. hanc verbis acerzimis ex
p̃brare demones nō cessant. **D**ilectissimi ergo nos scientes
iam ista. q̃diu hunc mundū possidemus statum penitentie
ducam⁹ ne dyabolus postmodū sup̃ nos gaudeat. sed potius
sanctorū angelorū gaudiū suppleam⁹. qui gaudet sup̃ vno
peccatore penitentiā agente. **C**ogitemus quomodo redem
pti sumus sanguine christi & nullo modo frustretur tantū
benefitium in nobis. ne sicut stercoza de ventre purgando
exant & sicut quisquilie a lignis abscise in ignem proici
antur. **I**ta nos post hanc vitam tanq̃ stercoza de medio
ecclesie tollamur. tanq̃ palee & quisquilie in ignē gehenne
piciam̃. **I**bi ergo n̄ra fixa sint corda vbi vera sūt gaudia.

ExPLICIT donatus egregij doctoris **M**agistri
Johannis **B**erson **C**ancelarij **P**arisiensis.



debita obedientia et obsequio
 homini & ministerio suo sic. Et de
 duabus saxonie & bononiensi

Spa
men
etc

mis
aut

卷之四

2000

100

11070 111

守

સાલગ્રામીય

10

...

[illegible]

251 MF 6

Flau feb

[Faint, mostly illegible handwritten text from folio 10v]

Propter
miseriam
f. 10
etiam

De Arte distillandi
modis capitulis etc.
Iñho g^o videat^r qd
q^d fit p^res d^emⁱb⁹ q^d vñ dimⁱs s^on^t
cōtō cēgⁱs sūit colozib⁹ ad

Deus meus omnia destruat
in me.

[illegible]

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side.]

Younger Arabic

got. v. Wenzel
St. Abraham

27







Person Jones
in company
of assistants